AD MARTYRES

exponentes fornicationem. Inmunditiam malam & cupiditatem. quae sunt
idolorum seruitus propter quae uenit iradi. Nam cum corpora nostra mem
bra sint xpi & singulisimus templum di. quisq: adulterio templum di uiolat.
dm uiolat & qui in peccatis committendis uoluntatem diabolis facit. dum omnis
& idolis seruit. neque enim mala facta de sco spu uenunt. sed de aduersari in
stinctu & de in mundo spiritu nate. concupiscentiae contra dm facere. & dia
bulo seruire compellunt. Iraf ut si peccato alterius inquinari alterum dicunt
& idolatria an delinquentis. ad non delinquentis. ad non delinquentem transire
sua adseueratione contendunt. excusari. secundum suam uocem non possint
ab idolatriae crimine cm constet de apostolica probatione moechos. & fraudatores. quibus illi communicant idolo latras esse. Nobis autem secundum fidem
nostram & diuinae praedicationis. datam formam competit ratio uertitis
unumquemq: in peccato suo ipm tenere. nec posse alium pro altero reum
fieri cum dns praemoneat. & dicat. Iustitia iusti super eum erit. & scelus sce
lerati super eum erit. & iterum. Non morientur patres pro filis. & fili non
morientur pro patribus. unus quisq: in peccato suo morietur. quod legentes
scilicet & tenentes neminem putamus a fructus tas factionis. & se pacis
arcendum. cum sciamus iuxta scripturarum diuinarum fidem auctore &
hortatore ipso dno. & ad agendam paenitentiam peccatores redigi. & uenia
atq: indulgentiam paenitentibus non denegari. atque o frustrandae fraternitatis inrisio o miserorum lamentium caduca decepcio. o hereticae institutionis inefficat. & uana traditio hortari ad satisfactionis paenitentiam. & sub
trahere de satisfactione medicinam dicere fratribus nostris. plange & lacri
mis funde. & diebus ac noctibus ingemesce & pro abluendo & purgando delicto
tuo largiter & frequenter operare. sed extra ecclesiam post omnia istamorie
ris. quaecunq: ad pacem pertinent facies. sed nullam pacem quamquaeris acci
pies: Quis non statim pereat. quis non ipsa desperatione deficiat. quis non animu
suum a proposito lamentationis auertat. Operari tu putas rusticum posse. si dixe
ris agrum peritia omni rusticitatis exerce. cuturis. diligenter insiste. sed nulli

ezechiehs 18

53v

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0114